

numero timendas, sed quas armavit Dominus, illarumque fortitudinem et audaciam indidit, ut insidiant profligarent multitudinem, et regni principes, quorum consilio oppressus fuerat Zacharias, ferro confecerunt. Cum autem regni templique thesauris vitam suam à Syris redemisset Joas, non tamen diti illius usura concessa est; nam à servis in lecto, in quo decumbebat ægrotus, interfectus fuit. Quem admodum Mello propè templum esset, et in illo regiam domum ædificaverit Salomon, diximus lib. 5 Reg. c. 11, v. 27, neque aliquid apparet, quod superioribus adjiciam. (1)

(1) VRS. 21. — JOSACHAR FILIUS SEMAATHI, ET JOZABAD FILIUS SOWER, SERVI EJUS. HI APPELLANTUR CAPUT XIII.

1. Anno vigesimo tertio Joas filii Ochozias, regis Juda, regnavit Joachaz filius Jehu super Israel in Samariâ, decem et septem annis.

2. Et fecit malum coram Domino, secutusque est peccata Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, et non declinavit ab eis.

3. Iratusque est furor Domini contra Israel, et tradidit eos in manu Hazael, regis Syriæ, et in manu Benadad, filii Hazael, cumetis diebus.

4. Deprecatus est autem Joachaz faciem Domini, et audivit eum Dominus; vidit enim angustiam Israel, quia attriverat eos rex Syriæ.

5. Et dedit Dominus salvatorem Israel, et liberatus est de manu regis Syriæ; habitaveruntque filii Israel in tabernaculis suis sicut heri et nudistertius.

6. Verumtamen non recesserunt à peccatis domus Jeroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulaverunt; siquidem et lucus permansit in Samariâ.

7. Et non sunt derelicti Joachaz de populo nisi quinquaginta equites, et decem currus, et decem millia peditum; interfecebat enim eos rex Syriæ, et redegerat quasi pulverem in triturâ arcæ.

8. Reliqua autem sermonum Joachaz, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

9. Dormivitque Joachaz cum patribus

tur in Paralipomenis Zabab filius Semaath mulieris Ammonitidis, et Jozabad filius Semaath Moabitis. Adscribuntur hic tantum nomina matrum, quæ ambe feminæ erant alienæ.

SEPELIENTUR EUM CUM PATRIBUS SEIS; non tamen in sepulcro regum. Sepultura tradidit est tantum in civitate Davidis. Suppetunt alia quædam exempla persimilis sepulture, regibus Juda decreta, ut Achaz. Juris genus erat quoddam, vel licentiæ, quam sibi populus in principes post eorum mortem servaverat, ut privaret illos avite sepulture honore; quod probrosissimum erat, si quid aliud maxime, ut scilicet ejus ponnæ metus principes contineret in officio, ne suprêmâ auctoritate abuterentur. Apud Ægyptios fas erat principem post ejus mortem accusare; qui si reus criminis convinceretur, pro delicti gravitate, honore etiâ sepulture privabatur. (Galmet.)

CHAPITRE XIII.

1. La vingt-troisième année du règne de Joas, fils d'Ochozias, roi de Juda, Joachaz, fils de Jehu, commença de régner. Il régna sur Israël dans Samarie pendant dix-sept ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et suivit les péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël; et il ne s'en éloigna point.

3. Alors la fureur du Seigneur s'alluma contre les enfans d'Israël, et il les livra pendant tout ce temps-là entre les mains d'Hazael, roi de Syrie, et entre les mains de Bénadad, fils d'Hazael.

4. Mais Joachaz implora la face du Seigneur; et le Seigneur l'écouta, parce qu'il vit l'angoisse d'Israël et l'extrémité où le roi de Syrie les avait réduits.

5. Le Seigneur donna un sauveur à Israël, et il fut délivré de la main du roi de Syrie; et les enfans d'Israël demeurèrent en paix dans leurs tentes comme auparavant.

6. Néanmoins ils ne se retirèrent point des péchés de la maison de Jeroboam, qui avait fait pécher Israël, mais ils continuèrent d'y marcher, et le bois consacré aux idoles demeura toujours en Samarie.

7. Il n'étoit resté à Joachaz de tout son peuple que cinquante cavaliers, dix chariots et dix mille hommes de pied; car le roi de Syrie les avait taillés en pièces, et les avait réduits comme la poudre de l'air où l'on bat le grain.

8. Le reste des actions de Joachaz et tout ce qu'il a fait, et son courage dans les combats, sont écrits au livre des Annales des rois d'Israël.

9. Et Joachaz s'endormit avec ses pères, et

suis, et sepelierunt eum in Samariâ. Regnavitque Joas filius ejus pro eo.

10. Anno trigesimo septimo Joas, regis Juda, regnavit Joas filius Joachaz super Israel in Samariâ, sexdecim annis.

11. Et fecit quod malum est in conspectu Domini, non declinavit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulavit.

12. Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, quomodò pugnaverit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

13. Et dormivit Joas cum patribus suis. Jeroboam autem sedit super solium ejus. Porrò Joas sepultus est in Samariâ cum regibus Israel.

14. Eliseus autem ægrotabat infirmitate quâ et mortuus est: descenditque ad eum Joas rex Israel, et flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus!

15. Et ait illi Eliseus: Affer arcum et sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum et sagittas,

16. Dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis,

17. Et ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus: Jace sagittam. Et jecit. Et ait Eliseus: Sagitta salutis Domini, et sagitta salutis contra Syriam; percutesque Syriam in Aphec, donec consumas eam.

18. Et ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursùm dixit ei: Percute jaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, et stetit,

19. Iratus est vir Dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies aut sexies sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem; nunc autem tribus vicibus percutes eam.

20. Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierunt eum. Latroneuli autem de Moab venerunt in terram ipso anno;

21. Quidam autem sepelientes homi-

ni fut enseveli dans Samarie. Joas, son fils, régna en sa place.

10. La trente-septième année du règne de Joas, roi de Juda, Joas, fils de Joachaz, régna sur Israël dans Samarie, pendant seize ans.

11. Il fit le mal devant le Seigneur; il ne se détourna d'aucun de tous les péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël; mais il y marcha toujours.

12. Le reste des actions de Joas, tout ce qu'il a fait, son courage et la bravoure avec laquelle il combattit contre Amasias, roi de Juda, tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

13. Et Joas s'endormit avec ses pères. Et Jeroboam, son fils, monta sur le trône, après que Joas eut été enseveli dans Samarie avec les rois d'Israël.

14. Or voici comment Joas fut le sauveur d'Israël: Elisée étoit malade de la maladie dont il mourut. Et Joas, roi d'Israël, descendit vers lui; et il pleura devant lui, en disant: Mon père, mon père, vous le char d'Israël et celui qui le conduisit.

15. Elisée lui dit: Apportez-moi un arc et des flèches. Et le roi d'Israël lui ayant apporté un arc et des flèches,

16. Elisée lui dit: Mettez votre main sur cet arc. Et quand le roi eut mis les mains sur l'arc, Elisée mit ses mains sur celles du roi,

17. Et lui dit: Ouvrez la fenêtre qui regarde l'orient. Le roi l'ayant ouverte, Elisée lui dit: Jetez une flèche. Et, l'ayant jetée, Elisée lui dit: C'est la flèche du salut du Seigneur; c'est la flèche du salut contre la Syrie. Vous taillerez en pièces la Syrie à Aphec, jusqu'à ce que vous l'exterminiez.

18. Il lui dit encore: Prenez des flèches. Le roi en ayant pris, Elisée lui dit: Frappez la terre avec vos flèches. Il la frappa trois fois, et il s'arrêta.

19. Et l'homme de Dieu se fâcha contre lui, et lui dit: Si vous eussiez frappé la terre cinq ou six ou sept fois, vous eussiez battu la Syrie jusqu'à l'exterminer entièrement; mais maintenant vous ne la battrez que trois fois.

20. Elisée mourut donc et fut enseveli. Cette même année il vint des voleurs de Moab sur les terres d'Israël.

21. Et il arriva que quelques-uns, enterrant

nem, viderunt latrunculos, et projecerunt eadaver in sepulcro Elisei; quod cum tegetisset ossa Elisei, revixit homo, et stetit super pedes suos.

22. Igitur Hazael, rex Syriæ, affixit Israel cunctis diebus Joachaz :

23. Et miseratus est Dominus eorum, et reversus est ad eos propter pactum suum quod habebat cum Abraham et Isaac et Jacob, et noluit disperdere eos neque projicere penitus usque in præsens tempus.

24. Mortuus est autem Hazael, rex Syriæ, et regnavit Benadad filius ejus pro eo.

25. Porro Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Benadad, filii Hazael, quas tulcrat de manu Joachaz patris sui jure prælii; tribus vicibus percussit eum Joas, et reddidit civitates Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — ANNO VIGESIMO TERTIO JOAS FILII OCHOZIAE, REGIS JUDA, REGNAVIT JOACHAZ FILIUS JEHU. Revertitur jam historia sacra ad reges Israel, de quorum gestis aliquandò siluerat. Cum autem sub annum decimum tertium Joas regis Juda decessisset Jehu, eodem anno Joachaz parentis loco successit est. Qui posteriores parentis mores secutus est, cum recessit à Deo, cujus causam videbatur suscepisse constanter ac piè; priores contempsit, quos in seipso potius debuisset exprimere. Quare secutus Jeroboam, aureos adoravit vitulos, quod ita graviter tulit Dominus, ut Hazaelen prius, deinde illius filium Benadad in Israelis terminis invenerit. Qui toto tempore, quo regnavit Joachaz, sic attriverunt Israelis vires, ut ex immensâ bellatorum multitudine, decem tantum pedum millia, equites quinquaginta, et decem currus superfuissent. Cum autem Joachaz ad interitum videret labi rem Israeliticam, neque sibi satis esse virium ut Syrorum frangeret, ac sustineret, aut retardaret impetus, confugit ad Deum, qui, tandem Israelitici status miseratus, salvatorem misit, qui furorem compressit, et spiritus Syrios. Eoque rediit Israeliam, ut in suis tabernaculis, securus ut antea, et otiosus viveret.

Nunc verò videndum quis fuerit salvator iste, et quo tempore à Domino Israelit datus. Lyrâ datum esse putat Joachaz : alioqui videretur Deus concessisse regis precibus, quod optabat. Idem tenet Histôr. Schol. Alii communiter datum esse credunt tempore illius

un homme, virent ces voleurs, et jetèrent le corps mort dans le sépulcre d'Elisée. Le corps ayant touché les os d'Elisée, cet homme ressuscita, et se leva sur ses pieds.

22. Après donc qu'Hazael, roi de Syrie, eut affligé Israël pendant tout le règne de Joachaz,

23. Le Seigneur eut pitié d'eux, et il revint à eux, à cause de l'alliance qu'il avait faite avec Abraham, Isaac et Jacob, et il ne voulut pas les perdre, ni les rejeter entièrement jusqu'à ce temps-ci.

24. Après cela, Hazael, roi de Syrie, mourut, et Bénadad, son fils, régna en sa place.

25. Mais Joas, fils de Joachaz, reprit d'entre les mains de Bénadad, fils d'Hazael, les villes qu'Hazael avait prises à son père par droit de la guerre; Joas le battit par trois fois, et il reprit les villes d'Israël

filii Joas regis Israel; ita Abulens. q. 3, et quotquot durasse vexationem illam à Syris arbitrantur toto tempore, quo vixit Joachaz. Sic enim exponunt illud v. 3: *Et tradidit eos* (nempe principes Israelitas, et illorum regem Joachaz) *in manu Hazael regis Syriæ, et in manu Benadad filii Hazael cunctis diebus*, nempe Joachaz, quod expressè legitur infra, v. 22. Et licet aliquando, regnante Joachaz, frangi potuerint Syrorum spiritus et vires (licet eâ de re nihil habemus in Scripturâ proditum), tamen nunquàm videntur Syri ab Israelitis superati, donec juxta Elisei verba hac ipso capite v. 19, à Joas tertio superati sunt, et urbes receptæ, quæ à regibus Syriæ fuerant ablatae. Ante hoc tempus non video quomodò filii Israel dici potuerint liberati à rege Syriæ, et sicut heri et nudius tertius in tabernaculis habitasse. Neque ratio Abulensis, quæ antiquos in contrariam cogitationem induxit, admodum premit. Oravit enim Joachaz, non tam pro se quàm pro populo, quem labentem et ad interitum inclinatum videbat, cui Deus favore voluit magis quàm regi, cui salvatorem misit, de quo mox. Et indicat ipsa littera non obscure v. 5: *Et dedit Dominus salvatorem Israelit, et liberatus est de manu regis Syriæ*, nempe Israel.

De salvatore res est incerta. Quidam angelum esse opinantur illius provincie tutelarem, qui sicut postea Assyriorum sub Ezechia, sic nunc Syrorum exercitum delevit, ut illorum sic infirmavit vires, ut rem Israeliticam ad

suum statum restituerit. Alii Eliseum putant, qui sicut antea sæpè contribulibus suis saluti contra Syros fuit, sic etiam nunc, cum Israelitarum fortuna durè vexatur; ita Cajetanus. Plures Joas, qui paulò post patri suo Joachaz in regno successit, in cujus regno contigisse existimant salutem illam, de qua præsens sermo. Ita Abulensis q. 3. supra; Mariana, Vatablus. Et quidem ante regnum Joas nihil egregium factum audimus contra Syros. Neque de Joachaz post hæc quoquam habemus aliud, quàm dormisse cum patribus suis. Alia verò indicantur illius fortiter gesta, quæ in Verbis dierum scripta esse dicuntur, sed quæ illa fuerint, contra quos, et quando, sacra silet historia.

Hic ego longum invenio hyperbaton, quod obscurem valdè reddit narrationem, quam ego sic dispono atque explico. Post versum 5, in quo in manu Hazaelis et Benadad ejus filii traditus dicitur Israel toto tempore, in quo regnavit Joachaz, statuo versum 7: *Et non sunt derelicti Joachaz de populo, nisi quinquaginta equites*. Deinde in sero quod est à versu 4 ad 7, in quo deprecatus dicitur Joachaz Dominum, et ab illo obtinuisse salvatorem, quo ad eum statum rediit Israeliam, ut securus ageret in tabernaculis suis, sicut antea, quod quidem contigit tempore Joas. Neque tamen idè mutavit mores Israel, aut amplexus est illius religionem, cujus fuerant benignitatem et potentiam experti. Deinde addo versum 8: *Reliqua verò sermonum Joachaz, etc.* Fortitudo porrò Joachaz, de qua ibi, explorari potuit in variis conflictibus, quos cum Syris habuit, licet in illis adversam sortitus fuerit fortunam, in qua ferendâ spectari fortitudo potuit; neque enim fortuna à fortibus stat semper, sed aliquando ad infirmiore partem declinat, quia multi sæpè casus interveniunt qui fortioribus victoriam eripiunt. (1)

(1) VERS. 5. — TRADIDIT EOS IN MANU HAZAEL, ET IN MANU BENADAD FILII HAZAEL. Eidem plus nimio asseruit Hazael oraculo Elisei, quo futurum prædixerat, ut ab illo caperentur milites, illiderentur telluri infantes, et fetorum mulierum ventres caderentur. Quæ Benadad intulit Israeli mala, Joachaz non vidit; neque enim hæc nisi sub regno Joas ejus filii contigerunt. Verba autem illa, *cunctis diebus*, non nisi ad regnum Joachaz referuntur.

VERS. 5. — DEDIT DOMINUS SALVATOREM ISRAELI. Salvatorem hunc non alium credas quàm Joas à Deo excitatum, ut affectas res Israelis restitueret, atque ea, quæ crudeliter gesserat Hazael, ulcisceretur. Precibus et penitudine Joa-

VERS. 10. — ANNO TRICESIMO SEPTIMO JOAS REGIS JUDA, REGNAVIT JOAS, FILIUS JOACHAZ, SUPER ISRAEL. Regnârunt eodem tempore duo reges, alter in Juda, alter in Israel, quibus commune nomen fuit, uterque enim dictus est Joas. Ad versum usque 14 nihil habemus aliud quàm brevem complexionem vitæ Joas, et illius filii Jeroboam; quomodò parentum suorum secuti fuerint vestigia, deinde de utrisque speciatim nonnulla. (1)

chazi flecti se Deus passus est; sed votorum suorum hic princeps, dum viveret, compos factus non est. Sunt qui censent, salvatorem hunc angelum fuisse colitis missum, vel Illeum prophetam; cujus tamen opinionis documenta nulla sunt in Scripturâ.

VERS. 6. — LUCES PERMAST IN SAMARIA. Hebræus: *Aserah stetit in Samariâ*. Nomen *Aserah* usurpat de luco Astartes, vel de illius simulacro. Quare credibile est, sub novissimo hoc regno rediisse iterum in Samariam cultum infamem Baalis et Astaroth, olim ab Jehu expulsum.

VERS. 7. — REDEGERAT QUASI PULVEREM IN TERRA ABÆE. Quasi pulverem areæ, ubi frumentum excutitur; vel, uti humum ad trituram. Ita contusi sunt, uti area triturati tenditur. Scitum est, areas ad trituram sterni pingui humo probè pavita, ut vi trituratorum resistat. Septuaginta: *Posuerunt eos tanquam pulverem in conculcationem*. Docet Amos propheta, principem hunc plaustera ferrea induxisse super Galaaditas, quod præsentem textum non obscure spectat.

VERS. 8. — UNIVERSA, QUÆ FECIT, ET FORTITUDO EUS. E rebis fortiter ab illo gestis nulla traditur. Neque tamen inde rectè colligas, virtute illum caruisse: quàm multa enim sunt quæ de illo ignoramus! Voces originalis significare possunt rotur ejus, auctoritatem, strenuitatem, fortitudinem. (Calmet.)

(1) Cegu'on ne peut assez déplorer, et ce qui effraie lorsqu'on y pense, c'est que Dieu ayant secouru son peuple, ni l'expérience de tant de malheurs, ni la nouvelle assistance de leur protecteur tout-puissant, n'eurent la force de les retirer des péchés de la maison de Jeroboam, c'est-à-dire de l'impie de l'idolâtrie. Ils continuèrent, dit l'Écriture, d'y marcher toujours; et devenant en quelque façon plus insensibles par la grandeur des maux mêmes que la cruauté de leurs ennemis leur faisait souffrir, et des faveurs qu'ils recevaient de la part de Dieu, ils représentèrent à toute la terre en leurs personnes une étrange image de l'horrible dépravation du cœur de l'homme, qui, s'étant rendu esclave du diable, préférerait volontairement la plus cruelle servitude aux lois si douces et au joug si agréable de l'empire du Dieu d'Israël. (Sacy.)

VERS. 12. — QUOMODO PUGNAVERIT CONTRA AMASIAM, etc. Bellum hoc descriptum legitur in Paralipomenis. Amasias, ingenti relatâ de Idumæis victoriâ tumens, bellum indixit in Joas regem Israelis. Hic aggressus Amasiam, legi, captivum duxit, atque Hierosolymam petens, evertit mœnium cubitos quadringen-

VERS. 14. — ELISEUS AUTEM AGROTABAT INTIRMITATE QUÆ ET MORTUUS EST : DESCENDITQUE AD EUM REX ISRAEL, ET FLEBAT. Sub hæc tempora vexari cepit graviter Eliseus ab eo morbo quo extinctus est. Cum autem Joas rex Israel experimento cognovisset, quàm rei Israeliticæ utilis fuisset Eliseus, et futurum ad putaret, aut timeret magnum imperii sui et populi eo sublato detrimentum, descendit ad illum, flevit largitur, patrem identidem inclamans, et patriæ columen. Quid porro sit curvus Israel, et auriga ejus, explicuimus supra, c. 2, ubi iisdem verbis Eliseus abeuntem Eliam prosecutus est.

VERS. 15. — APPER ARCIUM ET SAGITTAS (1). Ios, atque spoliis et opibus onustus regressus est Samariam. (Calmet.)

VERS. 15. — JEROBOAM AUTEM SEDIT SUPER SOLIUM EJUS ; POSTQUAM DECENNIO SOCIUS CUM PATRE REGNAVIT, QUOD INUITU PHRASIS ILLA : SEDIT SUPER THRONUM PATRIS ; PERINDE ENIM VALET AC : REGNAVIT IN LOCOM PATRIS SUI. Regnavit antea, patrem suum in supremo munere juvans ; sed in ejus solo non sedebat. De primo hoc regni anno, seu de societate cum Jeroboamo, accipienda sunt que leguntur inferioribus. Azariam scilicet regem Juda regnum intrisse anno Jeroboami septimo et vigesimo. (Calmet.)

(1) Eliseus lui dit: Apportez-moi un arc et des fleches. Qui jamais, s'écrie saint Paul, est entré dans le secret des conseils de Dieu? Et comment un prince dont l'écriture témoigne qu'il ne se détournait point de tous les péchés de Jéroboam, mérite-t-il que des larmes aussi humaines et aussi stériles que celles qu'il répandait en la présence d'Elisée mourant, fussent exauçées, et que le prophète l'assurât qu'il taillerait en pièces un grand nombre de Syriens? Ces ennemis si cruels avaient été destinés de Dieu pour punir l'impiété de son peuple. Etant punis et réduits à l'extrémité, ils ne se convertissent point; mais persévérant dans la même impiété, ils se contentent de répandre quelques larmes, qui sont plutôt des effets de leur désespoir, que d'un repentir sincère. Et Dieu cependant ne laisse pas de les écouter et de les venger de leurs ennemis. C'est à nous d'adorer la profonde sagesse de cette conduite de Dieu sur un peuple aveugle et charnel, qu'il avait soin d'assister de temps en temps, autant sans doute pour humilier l'insolence de leurs ennemis, qui attribuaient à leurs bras l'heureux succès de leurs armes, au lieu de le rapporter à la puissance de sa justice, qu'afin de les exciter eux-mêmes à retourner à leur Dieu dans toute la plénitude de leur cœur. Et si en usait ainsi à l'égard des Juifs, lors même qu'ils persévéraient dans l'impiété de l'idolâtrie, il donnait lieu de juger combien l'on devait plutôt espérer son assistance, lorsqu'on s'éloignait des crimes qui irritaient sa justice. La manière dont le saint prophète fit connaître au roi Joad les victoires qu'il remporta sur les Syriens, est très-remarquable, et remplit même d'instruction, puisque tant de circonstances et de signes extérieurs dont

Prophète non semper in verbis statuitur vat-cinili pondus, sed etiam signis, ut constat in Zacharia, Ezechiele, Jeremia. Cum autem clarius rem student exprimere et significare certius, et aliis auditorum mentibus infligere, utrumque conjungunt et verba, et signa. Quia verò in Eliseo sitas esse putabat Joas imperii vires, illaque aut fractum, aut debilitatum iri metuebat, si ille inter vivos, aut inter suos esse desisset, ut regium animum eademem confirmaret, arma jubet adduci, quæ Hebræis erant familiaria, arcum videlicet, et sagittas, quas ita a rege vibrari jubet, ut tamen manum suam regis manibus ad sagittarum emissionem admovent. Quo significabat suum illi auxilium non defuturum, etiamsi à patriâ, imò et à vivis procul abisset. Quibus satis hæreticorum hujus temporis errorem convellit, qui nullam esse putant, aut otiosam sanctorum intercessionem, aut certè, quod potius reor, quia Eliseus, sicut aliis locis, sic etiam hic in seipso Deum adumbrabat, et illius manus divinam representabat. Quare hoc signo ostendebat propheta divinum auxilium Israelitis adfuturum, et idèò satim sagitta salutis dicitur esse Domini, quia victoriam Dominus consecutus est. (1)

il accompagne ce qu'il avait à lui dire, semblent nous porter nécessairement à croire qu'il ne disait si figurément ce qu'il pouvait dire très-simplement, qu'afin qu'on cherchât quelque vérité cachée sous cette figure de la lettre. Nous voyons dans l'écriture que la justice de Dieu est comparée à un arc bandé, et prêt à tirer des fleches de mort. Le prophète se sert donc de cette figure d'un arc et des fleches, pour marquer aussi que cette justice divine qui avait été jusqu'alors entre les mains du roi de Syrie pour punir son peuple, allait passer entre les mains du roi d'Israël, pour punir l'orgueil de ses ennemis, qui en affectaient si cruellement les Israélites, avaient moins pensé à les châtier de leurs crimes, qu'à satisfaire leur propre ambition et leur cruauté. Car c'est ainsi que Dieu se servait successivement des peuples pour les punir les uns par les autres, sans qu'ils fussent néanmoins aucuns rebelles sur ces effets différens de sa justice. Elisée, après avoir obligé le roi de mettre la main sur cet arc, mit les siennes sur celles du roi, comme pour marquer à ce prince, dit un interprète, qu'encore qu'il dut soutenir tout le poids de cette guerre, la main de Dieu figurée par celle de ce prophète, qui représentait sa personne, devait seconder la sienne, pour le faire réussir dans ses entreprises. (Sacy.)

(1) **VERS. 16. — PONE MANUM TUAM SUPER ARCIUM. Hebr. ad interam : Equitare fac manum tuam super arcum hunc. Adjunge manum tuam, arcum manu tene, stringe. Oraculum est hoc, non voce tantum, sed rebus expressum. Arcus, et sagitte, et jactus sagittarum, ab Joas emitt-**

VERS. 17. — APERI FENESTRAM ORIENTALEM (1). Hæc fenestra spectabat Syriam, ad quam telum illud adigebatur, tam à regis quàm à prophætæ manu : unde colligitur hic regi Israel, contra Syriam, non contra nationes alias salutem, id est, victoriam promitti. Neque enim in aliam partem jaculatus est Joas, Eliseo jubente, nisi in Syriam, quia ab eâ parte, cum reliquæ nil tentarent hostile, timebatur fulmen. Scio paulò post illatum esse bellum contra Amasiam regem Juda, et à Joâ stesisse victoriam, sed ad hæc, ut opinor, nihil Eliseus contulit, neque illam aliquo modo intuebatur hoc hieroglyphicum ac prophetale signum.

SAGITTA SALUTIS DOMINI, ET SAGITTA CONTRA SYRIAM. Hæc est explicatio hieroglyphici signi, quod extilium minatur Syriæ, quæ jam pridem sæpe, et nunc maximè Israël imperio moliebatur exitium. Est autem, ut opinor, hoc sumptum ex antiquâ vulgarique consuetudine, quæ hujusmodi signis aut indicabat, aut inferebat bellum adversariis. Ex quo jam hostes licere sibi existimabat, quicquid in hostes permitti jus belli sanctum atque legitimum. Exemplum satis nobis suppeditat antiquitas.

tendarum, futura portendebant. Sagittas illas sequenti versiculo appellat Eliseus, *sagittas salutis Domini, sagittas salutis contra Syriam.* Promissio est à Domino victoriæ de Syris referendæ. (Calmet.)

Tropol., doctor ori prædicationis admoveat manum operationis bonæ, ut quod docet verbo, doceat primo exemplo. Sic efficax erit prædicatio, et auditoribus persuadabit quod prædicat. Ita Angelom. Et Eucher.

(Corn. à Lap.)
VERS. 17. — APERI FENESTRAM ORIENTALEM. Fenestra hæc non spectabat Syriam rectè, sed regionem transjordannam, quam Joas crepitarus erat Syris, qui vicissim illam majoribus illius rapuerant. Hic Hazael rex Syriæ sævitiem exercuerat, de quâ non semel actum est. (Calmet.)

(1) Tropol., Angelom. : Cum exemplis, inquit, Dominus actiones doctorum dirigit et confortat, orientalem fenestram aperire mandat, et jacere sagittam, quia lumine scientiæ et veritate doctrine, suos hortatur primùm illustrari, et sicut jacula verborum mittere. Et paulò post : Sagitta salutis Domini, et sagitta salutis contra Syriam; percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam. Sagitta ergo salutis Domini, est prædicatio sancta, cum decenter exhibetur, et spiritualium hostium certissima interfectio, si perseveranter agitur. Nec fas est ut aliquando dispensator verbis Dei segnitè torpeat, cui jussum est, ut greges Domini curam habeat, quia multum obest devotis auditoribus, si inertia prævaleat doctoribus. Dicit enim propheta : Clama, ne cesses. Sic et Eucherius.

(Corn. à Lap.)

Romani, ut auctor est Servius in lib. 9. Æneid., bellum indicabant vibratâ hastâ in hostilem agrum. Ad quam consuetudinem solemnem et legitimam allusit Virgilius supra, apud quem ita Turnus :

Equis erit mecum, ô juvenes, qui primus in hostem?

En, ait, et jaculum intorquens, emittit in curas Principium pugne.

Vide Cellinum lib. 16, c. 14, quod etiam usitatum inter Græcos docet Valerius lib. 5, ubi sic de Argonautis :

Donec hasta volans, immani turbine transtris Insomni, movitque ratem rapere omnia cæcâ Arma manu.

Et Justinus lib. 2 de Alexandro, ubi primùm Persarum terram attingit : Cum delati, inquit, in continentem essent, primus Alexander jaculum velut in hostilem terram jacit. Quia verò non solum vastitas hostibus et exitium affertur ferro, sed etiam incendio, non solum ferrum, sed etiam fax in hostilem agrum injicitur. Euripides in Phœnissis :

Pugna cruentæ symbolum postquam fuit Emissa fax.

Hastam cum face ad eundem finem conjungit Statius lib. 4, apud quem Bellona sic bellum indicet et incendit :

Prima manu rutilam de vertice Larissæ Ostendit Bellona facem, dextrâque trabalem Hastam intorsit agens.

Vide plura apud Rosinum lib. 5 Ant. Rom. c. 1; Alexandrum Neapolitanum lib. 4, cap. 3.

Ad hunc modum (et forsitan ex Hebræorum consuetudine, tametsi aliq. de re nihil invenorim) arbitraber admonitum esse regem à prophætâ, ne dubitaret eum Syriæ rege signa conferre; sed quamprimum bello et sua repelere, et à Syris sibi regna subjungere tentaret, ejus factum videri poterat initium, sagittâ versus Syriam intortâ, quæ Syris exitium, Israëlitis autem salutem portenderet. Quomodo verò salus significet victoriam, ostendimus pluribus super Isaiam ad illud cap. 60 : Occupabit salus muros tuos.

PERCUTESQUE SYRIAM IN APHEC, DONEC CONSUMAS EAM. Hic locus impeditus est, et variè versatûs à theologis, qui ut promissa quædam, aut etiam minus conditionatas agnoscent, sic scientiam conditionatam aut mediam in Domino considerant, quia scit hoc, vel illud futurum, modò hoc vel illud factum intercedat, et futurum negat, si illud absit. Quod probat illud Actor, cap. 27; nam cum Deus promissis

set Paulo neminem eorum qui eadem cum Paulo nave vehebantur, esse pereundum, postea tamen dixit perituros, nisi nautae in eadem cum illis nave perseverent. Sic enim ibi v. 25, ait Paulus : *Antitit mihi hanc nocte angelus Dei, cujus sum ego, et cui deservio, dicens: Ne timeas, Paule, Caesari te oportet assistere, et ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum.* Et statim v. 31, dixit Paulus centurioni et militibus : *Nisi hi (nautae) in navi manserint, vos salvum fieri non potestis.* Juxta hanc scientiam conditionatam et mediam, promisit Deus per prophetam consumendam esse Syriam à Joas, eà tamen lege, si saepius terram jaculo percuteret; quod quia non fecit, attrivit quidem Joas Syrorum, non contrivit vires ac potentiam, quod Deus eadem conditionatâ scientiâ cognoverat. De hac scientiâ vide Suarez Rom. 4 de Gratia proleg. 2, et Vazquez tom. 1, in 4 parte S. Thom. disp. 67, Arbul. 1 p. disp. 46 et 47, praesertim cap. 4, num. 10.

Duplex est Aphee. Altera in tribu Juda, de qua Josue cap. 19, quae ab aequilone proxima attingit Syriam, ubi superatus fuit Abinaad rex, et gravi plagâ concisus Syrorum exercitus. De hac intelligendus est hic locus, qui in duos sensus patet. Alter est, ut reverâ in eodem loco sternatur Hazaelis exercitus, quod magis videtur indicare littera. Alter ut eadem plagâ, licet in aliis locis, afficiantur Syri à Joas, quâ affecti prius fuerant ab Achab in Aphee. In posteriorem ego explicationem magis inclino, quia non invenio aliquod bellum commissum à Joas contra Hazaelem, aut Syros in Aphee; deinde quia in Scripturâ sacrâ frequentissimum est notam similitudinis omiti, ut à nobis saepe observatum et probatum est. Erit ergo sensus: Percutietur à te Syria, sicut percutsa fuit prius in Aphee. De hoc loquendi genere plura nos in c. 10 Zachar. ad illud v. 11 : *Et transit in maris feto, id est, sicut in transitu maris Rubri.*

VERS. 18. — ET AIT: TOLLE SAGITTAS. QUI CUM TULISSET, RUBSUM DIXIT: PERCUTE JACULO TERRAM. Superior jaculatus per orientalem fenestram victoriam portendebat contra Syros: nunc vero jaculo ad terram alio victoriarum significatur numerus, et magis confirmatur proxima promissio. Jubet igitur propheta regi ut sagittas tollat et illis terram percutiat, quae licet esset Israelitica, hostilem tamen terram significabat. Qui tribus, ut opinor, sagittas ter percussit terram, qui cum à percussione cessaret, condoluit graviter Eliseus,

et indignatus quòd non saepius terram percussisset, ait ad regem, pro percussione numero, victoriarum quoque numerum futurum. Quare quia tribus tantum vicibus terram appetit infenso jaculo, tribus vicibus, et non amplius, caedendam esse Syriam.

Hic multa quaerunt Patres et interpretes. Primum, cur Eliseus, sicut praecipit regi, ut terram jaculo percuteret, etiam percussione non praenoverit numerum; quando tanti iteraret, terram saepius esse percussam. Abul. q. 16, varios è variis adducit modos dissolvendi nodi: quidam dicunt novisse quidem prophetam pro numero percussione, victoriarum etiam futurum esse numerum, non tamen illi concessum à Domino, ut hanc regi praedictio nem aperiret. Alii sentiunt cognovisse Eliseum, toties superatum iri Syriam, quoties esset terra jaculo percussa, idque significatum esse regi, ut saepe videlicet percuteret: non tamen de certo aliquo numero fuisse locutum. Quod ex eo fit verisimile, quia rex tertio percussit terram, quod non videbatur fuisse facturum, nisi percussiones multas praecipit propheta, neque numerum omisisset à propheta praescriptum, cum tanti suâ et regni interesse cognosceret, neque res esset difficilis sapientis ad terram jaculum adigere. Dixit ergo propheta regi, ut saepe terram percuteret, idque continenter, ut bene Cajetan., cui praecipit rex ternâ percussione satisfactum credidit; atque ideo merito Eliseus indignatus est regi, quòd cum saepe terram jussus esset ferire, ter tantum in terram jaculum adegisset. In hac sententiam inclinat Abulensis supra, et addit hoc de victoriarum numero pro numero percussione non esse regi declaratum, quia Deus illud aperire prohibuit, quia relinquitur voluit regis arbitrio, ut ostenderet stare per regem, quominus funditus deleteretur Syria, aut cervicem ferro domitant Israelitico jugo summitteret. Haec fermè omnia probat Cajetanus, neque ego improbo. Neque contra sentit Theodoretus q. 21: *« Arbitratus, inquit, Eliseus; fore ut suâ sponte multa taceret Joas, »* etc. Deinde indicat tres illas terrâ percussiones esse per totidem sagittas in Syriam per orientalem portam emissas: *« Postquam autem, inquit, tria emisit, valde successit propheta, utpole quòd Syria ter solum esset victa. »*

VERS. 20. — MORTUUS EST ERGO ELISEUS, ET SEPELERUNT EUM (1). Paulo postquam praedixit auctor Ecclesiast. 45, 15: *In Eliseo con-*

regi futuram de Syris victoriam tertio, decessit Eliseus, cujus funus viri pii curarunt diligenter, taleque stauerant sepulchrum, quale tanti viri, tamque egregiè de gente Israelitide

pletus est spiritus ejus (Elie); in diebus suis non periviit principem, et potentia nemo vicit illum, nec superavit illum verbum aliquod: et mortuum prophetauit corpus ejus. In viâ suâ fecit monstra, et in morte mirabilia operatus est. Eliseus duplici redundans Elie spiritu, prophetae nempe dono, et patrardorum prodigiorum virtute, quorum ope supra ceteros prophetas eminet; imago est, licet imperfecta, Servatoris, qui gratiae auctor est, Jesu, qui Patris est virtus, in quo plenitudo luminis residet, et à quo dona muneris Sanctissimae novâ adeo et singulari ratione ad vitam revocatus, haecnis Elisei vitae igniculis excitandis aptus, propheta, sese aptans puero, illumque fovens, atque morti subducens, documenta sunt omnia et typus apertissimus Incarnationis Jesu Christi. Aque fontis Jerichuntis injecto sale ab Eliseo correctae, quid nisi aquae baptismatis, quibus vin salubrem suavemque infundit virtus Jesu Christi, qui Patris sapientia est? Naaman, qui lotus Jordanis aquis lepra mundatur, idem mysterium veluti sub oculis exhibit. Oleum, quod Eliseus multiplicat in vasis viduæ ab uno ex propheta relictae, cujus filios in servitutem sese redacturos minabantur creditores, revocat in mentem Ecclesiam, quae Spiritus sancti dona et gratiam accipiens, per ea manibus ad-versariorum liberatur, suaque debita omnia exsolvit. Quid Giezi lepra multatus, et Simo-niorum patriarcha? Quid ferrum securis ex limo Jordanis alveo ligni ope revocatum, quod imago crucis Jesu Christi est? Quid puer Beth-el ab uris vorati? quibus exhibentur Indaei pervicaces, quos Jesu Christi et Apostolorum monita et praedictio, ipsorum crimine, flectere non valere; de quibus scriptum est: *« Ecce cor populi hujus, et aures ejus aggravatae, et oculos ejus claudet, ne forte videat oculis suis, et auribus suis audiat. »* (Calmet.)

Morienti Eliseo affuisse Joas regem, ac filios Israelitarum discipulos suos jam per totum Israellem propagatos, ultimaeque ab eo sanctitatis et religiosae vitae monita accepisse, non est dubium. Affuisse quoque Amos prophetam, Amasiae regis fratrem et Isaia patrem assurrunt Hebraei in Seder Olam. Prophetauit Eliseus circiter 66 annos, sub sex regibus Israel, scilicet sub Achab, Ochoziâ, Joram, Jehu, Joachas et Joas. Vixit centum annis et amplius, in religiosa disciplina octoginta, mortuusque est Amasiae regis Juda anno octavo, Joas regis Israel anno decimo, ante Christum anno 849. Adscriptum est catalogo sanctorum in Martyrologio Romano die 14 junii, ubi sic legitur: *« Samariae in Palaestina S. Eliae propheta, cujus sepulchrum damonem perhorrescere scribit S. Hieronymus. Audi S. Hieronymum scribentem in principium Abdia propheta: Abdia sepulchrum cum mausoleo Elisei et Joannis Baptiste in Sebaste venerationi habetur, quae olim Samaria. Idem in Epitaphio Paulae addit, illic variis daemones rugere cruciatibus, et ante sepulchra sanctorum ululare homines more luporum, »*

meriti sanctitatem decebat. Fuisse autem sepulchrum illustre, et non quale homines vulgè consequuntur, illud probat, quòd in illud illatum est cadaver, de quo statim, ad hominibus, quibus à latrunculis non fuit concessum spatii satis, ut illud defossae terræ de more commendarent. Quare fuisse videtur in modum speluncae, quale fuisse dicitur Christi Domini, et aliorum, quorum in Scripturâ mentio. Quo in loco tumulatus fuerit, ex sacro textu non constat. Hieronymus in Epitaphio Paulae ad Eustachium in Samaria sepultum esse tradit; sic autem ille: *« Vidi, inquit duodecim patriarcharum sepulchra, et Sabastem, id est, Samaritan, quae in honorem Augusti ab Hierocro Graeco sermone Augusta est nominata; et ibi siti sunt Eliseus et Abdias prophetae, et quò major inter natos mulierum non fuit, et Joannes Baptista. »* Ibi multa eo etiam tempore contingere mirabilia refert eo loco Hieronymus, quae tu lege.

VERS. 21. — QUIDAM AUTEM SEPELIENTES HOMINEM, VIDERINT LATRUNCULOS, ET PROEGERUNT CADAVER IN SEPULCHRO ELISEI. (1) Metus fecit ne viri fremere more leonum, sibilarè instar serpentum, mugire boatu taurorum. Refert Cedrenus in Leone Magno imperatore Elisei reliquias Alexandriam translatas fuisse

Hinc Julianus Apostata ossa Elisei et Baptiste cum brutorum ossibus commiscens exurere voluit, ut habet S. Artemii vita apud Lipsanum. Eliseo in prophetiâ nox successit Osse, qui sub Ozia filio Amasiae regis Juda prophetauit; Isaías, Amos, Jonas, ceterique prophetae majores et minores. (Corn. à Lasp.)

(1) QUOD CUM TETIGISSET OSSA ELISEI, RETIUIT HOMO. Mira Elisei virtus et sanctitas, quòd mortuus mortuum ad vitam suscitavit. Fuit ipse hæc in re typus Christi, cujus in cruce mortui gratiâ et meritorum contactu omnes resurgemus. Ita Angelomus, Eucherius et alii. (Corn. à Lasp.)

« Et il arriva que quelques-uns, enterrant un homme, virent ces voleurs, et jetèrent le corps mort dans le sepulchre d'Elie; le corps ayant touché les os d'Elie, cet homme ressuscita, et se leva sur ses pieds. On ne doit point regarder cette rencontre comme un effet du hasard, mais comme un ordre de la providence de celui qui, selon que l'a remarqué un savant théologien (Estius), voulut sans doute faire connaître à tous les Juifs, par ce miracle éclatant, le mérite d'un si saint prophète. On peut bien ajouter que Dieu, prévoyant dès lors l'aveuglement dont seraient un jour frappés certains hérétiques, qui se devaient élever contre la foi de l'Eglise, et la condamner d'idolâtrie sur le sujet de la vénération qu'elle aurait pour les reliques des saints, a voulu que dans l'Ancien-Testament l'on trouvât même de quoi réfuter et convaincre leur erreur. Aussi saint Jérôme s'est servi très-avantageusement de cet exemple de la résurrection d'un corps mort,

isti pii aut sepulcrum effoderent, in quo, injecto pulvere absconderent cadaver, aut in proprium deducerent sepulcrum, ad quod affereretur, quia longius aberat. Quare cum propé

arrivée par le simple attachement des os d'Elisée, pour confondre un hérétique qui des son siècle osa s'élever avec insolence contre cette vénération très-légitime que l'Eglise a toujours rendue aux sacrés dépositaires des saints Apôtres, des saints martyrs, et des autres saints. Cet homme, nommé Vigilance, qu'on peut regarder comme ayant été en ce point le chef des hérétiques de notre siècle, était prêtre de l'Eglise catholique. Mais jugeant judaïquement de la religion de Jésus-Christ, et regardant les corps morts comme étant impurs selon la loi de Moïse, il ne pouvait accorder ce respect que l'on rendait dans l'Eglise aux cendres sacrées des saints martyrs, avec cette ancienne ordonnance du législateur des Juifs, et il nommait ceux qui le rendaient, c'est-à-dire tous les catholiques, des hommes de cendre et des idolâtres. *Cinerarios et idololâtras appellabat, qui mortuorum hominum ossa venerabant.* Sur quoi saint Jérôme, étant animé d'un zèle tout plein de feu pour la gloire de l'Eglise, s'écrie: « O malheureux homme, digne de toutes les larmes des Chrétiens, qui en parlant de la sorte ne reconnait pas qu'il est véritablement un Samaritain et un Juif, et qui, s'attachant à la lettre meurtrière, et abandonnant l'esprit qui donne la vie, regarde les corps des personnes mortes comme des choses impures ! Pour nous, continue ce saint, quoique nous soyons très-déloignés d'adorer, non pas seulement les reliques des martyrs, mais le soleil même, ni la lune, ni les anges, ni les archanges, ni les Chérubins, ni les Séraphins, pour ne pas rendre à la créature ce qui n'est dû qu'au seul Créateur, nous ne laissons pas d'honorer ces mêmes reliques des martyrs, pour marquer l'adoration que nous rendons à celui dont ils sont martyrs. Nous honorons les serviteurs, afin que cet honneur même tourne à la gloire de leur divin maître, qui a dit dans l'Evangile: *Celui qui vous reçoit me reçoit.* » Quoi donc, ajoute encore le même saint, les reliques de saint Pierre et de saint Paul se croient impures ! Le corps de Moïse, qui, selon la vérité de l'Ecriture, a été enseveli par le Seigneur même, sera impur ! Et toutes les fois que nous entrons dans les églises des Apôtres, des prophètes et des martyrs, nous révérons autant de fois des temples d'idoles ? Je dis davantage, pour confondre l'extravagance de cet insensé, ou pour la guérir, et pour empêcher que les âmes simples des fidèles ne soient perverties par l'impie doctrine de ce docteur : Le corps du Sauveur mis dans le sépulcre aura donc aussi été impur ? Et les anges qui étaient vêtus de blanc, gardaient un corps souillé par la mort ? Mais si ces reliques des martyrs ne doivent point être honorées, comment l'Ecriture nous dit-elle que la mort des saints est précieuse devant les yeux du Seigneur ? Si les os des morts souillent les personnes qui les touchent, comment Elisée, tout mort qu'il était, a-t-il

essé Elisei sepulcrum, et ab illis viris facile removeri posset saxum quo claudebatur, eò injectum est corpus illud examine tumulariè ac raptim. Unde accidit ut Elisei ossa convolutum attigerit. Nam si sedato animo, ac per otium in Elisei sepulcrum inferretur, curarent, opinor, diligenter, qui sepulcri claustra resignarent, propter tanti prophetæ reverentiam, ne ossa illa sacra cadaver illud suo tactu pollueret.

VERS. 22. — REVIXIT HOMO, ET STETIT SUPER PEDES SUOS. Hoc idem habes Eccl. 48, v. 14 : *Et mortuum prophetavit corpus ejus. Ubi prophetare idem est quod ad vitam revocare mortuum.* Quia prophetarum varia sunt opera, quæ opera vocari possunt prophetica, fit ut verbum, *propheta*, multa significet, ut docere, divinas laudes canere, excitare mortuos, futura prædicere, quia hæc olim aut propria fuerunt opera prophetarum, aut cum paucis communia. De his nos plura lib. 1 Regum cap. 10, ad illud : *Obvium habebis gregem prophetarum.* Prophetasse quoque dicuntur post mortem ossa Joseph. Eccl. cap. 49, sed alio sensu, nempe cum visitata sunt atque translata; significatur enim illum verum esse prophetam, cum adimpleta fuerint, quæ ille, imminente jam morte,

pu resusciter un autre mort ? Et comment un corps qui, selon le sentiment de Vigilance, était impur, donna-t-il la vie à un autre corps qui l'avait perdue ? *Si ossa mortuorum polluant et contingentes, quomodo Eliseus mortuum revocavit, et dedit vitam corpus quod juxta vigilantium jacebat immundum ?* Saint Cyrille de Jérusalem, traitant de la résurrection contre les païens et contre les Samaritains, qui la niaient, dit d'Elisée qu'il ressuscita deux morts, l'un pendant sa vie, l'autre après qu'il fut mort. « Étant en vie, dit ce Père, il fit le miracle de la première résurrection par le ministère et la vertu de son âme. Mais afin qu'on n'honore pas seulement les âmes des justes, et que l'on soit convaincu qu'il reste encore une certaine vertu dans leurs corps mêmes, ce corps, ayant touché le corps mort de la sépulture d'Elisée, ressuscita dans l'instant. Des membres inanimés firent alors la fonction d'une âme vivante. Et ce qui était sans vie redonna la vie à celui qui l'avait perdue, et l'ayant donnée, demeura comme auparavant parmi les morts. D'où vient cela ? ajoute ce Père. C'était de peur que si Elisée fut ressuscité lui-même, on n'attribuât la résurrection de l'autre mort qu'à la seule vertu de son âme, et afin que l'on connût que lors même que l'âme n'est point présente, le corps des saints est encore revêtu d'une vertu invisible, à cause de la demeure que leurs âmes justes y ont faite durant tant d'années, pendant lesquelles il leur a été prêt son ministère. » (Saey.)

predixit. Porrò stare super pedes suos, non qualemque significat vitam, sed qualis est in homine robusto et vegeto, qui nullum sensit neque à morte pallorem et maciem, neque incommodum ab adversa valetudine. Est autem hominis valentis et fortis non jacere in terrâ, aut in lecto decumbere, aut etiam in pulvere sedere, sed stare super pedes suos, erecto mirum corpore, et ad omnem motum et opus expedito. Quo dicendi modo usus est Zacharias cap. 14, v. 12, dum significat homines etiam valentes consumendos esse tabe : *Tabescet, inquit, caro uniuscujusque stantis super pedes suos, et quidem super pedes stare aut inniti non solent, nisi qui adulti sunt ætate et sano corpore.*

LEITUR HAZAEL REX SYRIÆ AFFLIXIT ISRAEL, CUNCTIS DIEBUS JOACHAZ. Repetit hic historicus sacer, quod principio capitis adduxerat, nempe cunctis diebus Joachaz à rege Syriæ afflictum CAPUT XIV.

1. In anno secundo Joas filii Joachaz, regis Israël, regnavit Amasias, filius Joas regis Juda.

2. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset; viginti autem et novem annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Joadan, de Jerusalem.

3. Et fecit rectum coram Domino; verumtamen non ut David pater ejus. Juxta omnia quæ fecit Joas pater suus, fecit.

4. Nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit; adhuc enim populus immolabat et adolebat incensum in excelsis.

5. Cumque obtinisset regnum, percussit servos suos, qui interfecerant regem patrem suum;

6. Filios autem eorum qui occiderant non occidit, juxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicens : Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus, sed unusquisque in peccato suo morietur.

7. Ipse percussit Edom in valle Salinarum decem millia; et apprehendit petram in prælio, vocavitque nomen ejus Jectehel, usque in presentem diem.

8. Tunc misit Amasias nuntios ad Joas filium Joachaz filii Jehu, regis Israël, dicens : Veni, et videamus nos.

9. Remisitque Joas, rex Israël, ad Ama-

Israelem, et quomodo miseris durè vexati populi salvatorem promiserit, quem diximus fuisse Joas, qui juxta Elisei vaticinium, tertio de Syris victoriam reportavit, aut etiam ejus filium Jerohoam, qui, ut legitur sequenti capite, v. 25, quæ ab Israelitis abstulerat Syri, ipse recuperavit. Nunc ostendit quid præter populi fortunam arumnosam, Deum inflexerit, ut salvatorem miserit, et collapsam, aut etiam ruentem domum instaurârit, pactum videlicet quod iniiit cum Abraham, Isaac et Jacob. Noluit enim populum ab illis propagatum natalibus interire funditus. Deinde ostendit quomodo Joas ter superârit Syros, et ablati ab Hazæle civitates de potestate filii ipsius Benadad suæ potestati reddidit. Ubi autem superârit Syri fuerint à Joas, an in Aphee, vel alio loco, ex Scripturâ non constat, neque alibi, quod ego noverim, de hæc victoriâ tripliei de Syris quoquam habemus.

CHAPITRE XIV.

1. La seconde année du règne de Joas, fils de Joachaz, roi d'Israël, Amasias, fils de Joas, roi de Juda, commença son règne.

2. Il avait vingt-cinq ans lorsqu'il commença de régner; et il en régna vingt-neuf, dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Joadan.

3. Il fit ce qui était juste devant le Seigneur, mais non comme David, son père. Il agit selon tout ce que Joas, son père, avait fait.

4. Sinon qu'il n'ôtâ point les hauts lieux, car le peuple y sacrifiait encore et y brûlait de l'encens.

5. Lorsqu'il eut affermi son règne il fit mourir ceux de ses officiers qui avaient tué le roi son père;

6. Mais il ne fit point mourir les enfans de ces meurtriers, selon ce qui est écrit au livre de la loi de Moïse, et selon cette ordonnance du Seigneur : Les pères ne mourront point pour les fils, et les fils ne mourront point pour les pères; mais chacun mourra pour son péché.

7. Ce fut lui qui battit dix mille Iduméens dans la vallée des Salines, et qui prit d'assaut une forteresse qu'il appela Jectehel, nom qu'elle porte encore aujourd'hui.

8. Alors Amasias envoya des ambassadeurs à Joas, fils de Joachaz, fils de Jehu, roi d'Israël, et lui fit dire : Venez, et voyons-nous l'un l'autre.

9. Joas, roi d'Israël, répondit à Amasias,